

Illmo Dno fratri Augustino a Iesu Brac.
 Archiepo et Dno
 Hispaniarum Primate, Lu-
 stianie Magnae
 Gaspar. Magnus Ma-
 ecclesie historiographus
 Sig. Tablus Aug.
 Regia Mai. a Consilijs
 chiadus Sclae Brac.
 hus nuncupavit Brac.
 Anno 1594.



Archiepi. Insignia

NOVA BRACARIE AVGVSTÆ descriptio.

SEPTENTRIO



Vrbis insignia

Alis S. Viti et S. Modesti
 vbi eius corpus conuictum est.

D. Anna adicula quam colunt
 in a praetorius Rom. varjo quan-
 dam in locis erexit, licetque
 mens, cingit atque ornant.

Alis tes fluminis cuius
 fontes in Spino monte 4^{to} a
 Brac. sug. miliaribus distant, val-
 lem antiquissima vrbis adiacete irri-
 gat multis hortis, pomarijs viridari-
 isq. excolta. illud mirabile, arbori-
 nullam ex medicis mali generis creat,
 quib. aliquam hanc tota prouincia a-
 bundat. vrbem alluit, atq. in sui
 maioris fame fluminis prope accipit
 oppidum Villa Comitis insluit. hunc
 falso quidam Serben vocant.

Via in Vinarum oppidum S. Petri de
 mast. erca clarissime. hoc via una e quatuor
 quas Anton. Imperat. Bracaria Historiam descripsit.

Candido Spectatori.
 Bracara q. Augustia est Augusto a Cesare di-
 Lector adole. nostri Gasparis ingenio.
 Nunc magis Augustia Augustino principe, di-
 Pontificum tumulis, Concilijq. patrum.
 Doctor. Sebastianus Bassaro M^o Primate
 a Secretis.

Sclua pri- matialis

OCCIDENS

ORIENS

MERIDIES



Alis S. Petri qui vulgo
 Magnum dicitur.

a. Seminarium adulescentium ad normam
 Tridentine Synodi erectum.
 b. In hoc locum ab August. Archieps
 nonam sacrarum virginum cenobium trasfere
 c. In hoc agro quondam Romanorum coemeterium
 fuisse creditur. nunc campus vinee dicitur.
 d. Haec via una e quatuor quas
 Anton. Imp. Brac. Historica descriptio
 e. Horti publici aedibus
 veruantes.

Via port.
 de qua sup.
 hanc adiacentem
 adiacentem in
 laterem.

Ancrum Regna

Liquor ac veridicum
 abundantia celebris

Fons antiquissimus in monte

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

Via in Vinarum oppidum S. Petri de

3507



BRACARAE AVGVSTAE



BRACARAE vnam de antiquioribus Hispaniæ vrbibus à Gallis Celtis, cognomen-
to Braccatis, fuisse conditam, fama est, anno ante virginum partum ducentesimo no-
nagesimo. Hanc annorum 40. obsidione tandem expugnatam sub sua ditione, annis
ferè quingentis Romani tenuere, cui & Augustæ nomen indiderunt, Fuit in hac vrbe
primum Iuridicus conuentus, vnus è septem, citerioris Hispaniæ veteri more institu-
toque Romano, vnde auctore Plinio vrbes quatuor & viginti ius petere consueve-
rant. Hinc ab Antonino Pio quinque itinera militaria in varias Hispaniæ partes de-
scribuntur. Hanc vrbe Aufonius poëta diuitem, atque opibus florentem vocat.
Sed & priscis maiorum annalibus perscriptum extat, regum Sueuorum antiquam se-
dem fuisse Bracaræ annis 70. supra centum, & sub Gothis annis 127. floruisse, quam & Alfonso huius nomi-
nis primus, cognomento Catholicus, Hispanorum Rex primam inter omnes Hispaniæ Metropolitanas vr-
bes, ex Saracenorum tyrannide in pristinam libertatem vindicauit, anno 740. Hic Regum Portugaliæ primus
fator Henricus Comes (Guidonis Comitis Vernohensis & Brionensis filius) Alfonsi Henrici primi Lusita-
niæ Regis pater, in templo maximo, quod ipse erexerat, sepultus est. Sed longe maius vrbi decus è rebus sacris
accedit. Nam Christi Opt. maximi fidem complexa est D. Petro S. Iacobi Maioris discipulo predicante, vix
post annumdecimum, quo idem Dominus subacta morte in cælum victor ascenderat. Colitur Bracara, vt
patronum, eundem Diuum Petrum martyrem suum primum Archipræsulem, vna cum tribus alijs suis itidem
S. Pastoribus. Martino, Fructuoso, & Gerardo: quibus veluti quatuor columnis Bracacensis Ecclesia fulcitur
& fulget, Multum sanguinis olim pro Christo effudit, diues octo Sanctorum corporibus, alijque innumeris
reliquijs, ornata templis nobilitata Patrum concilijs, decorata sodalitijs rite institutis, totius Hispaniæ prima
tum antiquissimo iure sibi vindicat, qua de re cum Toletana sede vetus ei lis est, & contentio: cuius meminit
Honorius III. in cap. Coram, De integrum restituit. Quæ tamen lis ab eiusdem Pont. Max. tempore ad no-
stram vsque ætatem silet. Posita est Bracara in ea parte regni Portugaliæ, quæ regio Interamnis dicitur, à duo-
bus quibus clauditur, fluminibus. Durio & Minio memorabilibus. Est in quinto climate, gradus habens lon-
gitudinis 6. latitudinis duos & quadraginta ac semis, distatque ab Oceano quinque leucas, Ciuitas pleno iu-
re suo Archiepiscopo paret, siue spiritualem iurisdictionem spectes, siue temporalem, multo quondam fre-
quentior, nunc incolarum numerat, ad duo millia, Fruitur magna cæli, aërisque clementia, insigni agrorum
vberrate, & amœnitate quod ei beneficium commune est, cum hac tota regione Interamni. Hæc & alia com-
plura de hac vrbe scitu digna in nostra Metropoli Bracarensi inueniens, quam Deo dante in lucem edere me-
ditamur illustrissimi primatis Augustini auspicijs cuius etiam iussu & auctoritate vniuersam diocesim perlu-
strauimus, & in tabula non omnino negligenter expressimus montes, vrbes, fluuios, oppida, paroccias, & adicu-
las, ac itinera geographica delineantes.

- Hæc Caspar Aluarus Machiadia, Historiographus S. Bracarensis Ecclesiæ,
Alestes fluuius, cuius fontes in Spino monte quatuor à Brac. August. miliaribus distant, vallem a-
manissimam vrbi adiacentem irrigat. multis hortis, pomarijs, pratis, viridarijsque excultam. Illud mirabile,
arborem nullam ex Medicæ Mali generibus creat, quibus alioqui hæc tota Prouincia abundat. Vrbem alluit,
atque in Auum, maioris famæ fluuium prope antiquum oppidum Villam Comitis influit. Hunc & falsò
quidam Zethen vocant.
- B. Via, in Vimarianum oppidum S. Pontificis Damasi ortu clarissimum. Hæc via vna est ex
quatuor, quas Ant. Imp. Bracara Asturicam descripsit.
 - C. Via antiqua Imperatoris Antonini, in quas calidas, vulgo Orense.
 - D. B. Annæ adicula, quam columnæ XII. à Prætoribus Ro. varijs quondam in locis erectæ, li-
terisque incisæ, cingunt, atque exornant.
 - E. Fons amœnissimus in medio luci, quæ & Silua Primatialis, perdicum ac leporum abundan-
tia celebris.
 - F. Urbis præsidium.
 - G. Seminarium Adolescentum, ad narmam Tridentini Concilij erectum.
 - H. In hunc locum Reuerendiss. Augustinus Archiepiscopus, nouum sacrarum virginum cœ-
nobium transfert.
 - I. In hoc loco; quondam Romanorum cœmeterium fuisse creditur, Nunc, Campus Vincæ
dicitur.
 - K. Hæc via vna ex quatuor est, quas Ant. Imp. Brac. Asturicam descripsit.
 - L. Hic Urbis Arcum Romanorum tempore fuisse fama est.
 - M. S. Sebastiani adicula, vbi forum Romanorum fuisse constat.

BRAGA - BRAUN & HOGENBERG, 1894
 Compendio no. 49 de 16/4/93 de Braun &
 Anvermann, lote n. 3507 por 550 DM + % = 685 DM
 ≈ 71.000 DM